

A Sertorius inivit, misso in Asiam Mario praetore, ut suo ac populi Romani nomine eam provinciam obtineret: cavet, ut cum scilicet Mithridatem Marius praecederet, donec in ea provincia Mithridates maneret. *Plut.*

Legatis exterique gentibus in senatum admissis Romanos consules, nisi Latine, responsa dare consueverunt. *Alex. lib. 4. cap. 1.*

GENERIS, FAMILIAE SPLENDORI.

Oedipus Creonti tyranno supplex fecti, quamvis infinitis malis pressus, renuit, *apud Eurip. in Phoenissis*, inquitens:

Ὁδύππῳ ἐκείνῳ, τὸ δὲ εὐχόμενος γόνυ, κακῶς ἐσθλῶς. τὸ δὲ εὐχόμενος κακῶς.

Non tamen implicans circa tua manus genua, ignavus videbor: Meam enim pristinam nobilitatem non perdam, neque quamvis infelix sum.

Orestes ob patricidii morti adjudicatus ab Argivis, cum Pyiade consilium capite de Menelao & Helena, à quibus deseruit fuerat, interficiendis, inquitens:

Ἀγαμέμνονος παῖς παύρ', ὅς ἐνθάδ' ἤρξασθαι, ἢ τυραννῆος, ἀλλ' ὅπως Πύλοιο θεῶ τῶ ἔργου, ἢ ἐκ κατασκευῆς, ἄδων παραγῶν δαπάνη, ἀλλ' ἐκ δόξης, φυχῶν ἀποπῶ, Μενέλαον δ' ἴσοιμα. Ἐνὸς δ' εἰ καλοῦμαι, δὴν γοῶν ἀπ'.

Agamemnonis profectio filius natus sum, qui Graeciae imperium obtinuit, dignus habitus, non tyrannus, sed tamen vires Dei curandam habuit: quem non dehonefabo, fervilem exhibens morem, sed liberè animam amittam: Menelaum verò ulciscar. Unum enim si adepti fuerimus, rectè negotium succedet.

BOLESLAUS, caeso D. Venceslao fratre, principatum Boemiae adeptus, cum vindicem metueret Othonem I. Caesarem, Hunnorum ad Augustam victricem, vicum, quem inhabitabat, Boleslaviam dicitur, fossis, vallibus, mœnibus cingendum munimentumque suscepit: & quò celeritè susceptum opus perficeret, vicinæ nobilitati innoxit, ut certum quisque patrefamilias colonorum suorum numerum operi continuando attribueret. Cœpit abnuere operam ejusmodi Senex quidam nobilis, inquitens: Exemplum fè à majoribus non accepisse, ut ædificandis muris operam aliquam locaret: sed potius ut profuturo principis in campo & in ipsa acie, seu eques seu pedes, dimicaret. Eum Boleslaus è vestigio confodit. *Dubrav. lib. 5.*

PROFESSIONIS.

LIBANIUS sophista, ex Antiochia Cœlefyria civitate, cum in Juliano principis dignationem venisset, praefecturam praetorii reperit: dicitans, esse plus sophistam, quam praefectum. *Svidas apud Polat. lib. 16. Anthrop.* Idem de Libanio scribit *Eunapius.*

ARISTIDES sophista è civitate Hadrianorum Myliae, cum Smyrna doceret, adveniente fortè M. Antonio principe, unus ex omnibus non processit obviam. *Philosofrat.*

VICTORIAE.

ÆSCHYLUS Atheniensis, suum nomen & patriæ inscripsit in carmini de pugna Marathonica. *Pauf. in Arcad. & Gyraid. in ejus vita.*

Fuit antiqua Imperatorum consuetudo, ad quæ loca extrema cum exercitu vel classe penetrassent, ibi aliquid suæ expeditionis relinquere monumentum. Sic Bacchus columnas duas erexit in Oriente: Alexander Indicæ militiæ terminos aras apud extremos Indos instituit. *Strab. lib. 3.* Hercules apud Gades duos montes, teste Dionysio de Situ orbis, suæ fortitudinis testes reliquit.

VICTO ad Zamam Annibale memorabili strage, Carthaginenses consternati animis, legatos ad P. Scipionem mittunt, qui clementiam victoris implerent, & multis precibus pacem exposcunt: & alter ex novis consulibus in exercitum properabat pari imperio ad gerendum bellum. Quamobrem veritus Scipio, ne tanti belli consecuti gloria ad alium perveniret, æquo animo à legatis Carthaginensium se exorari passus est. *Auctor ejus vite.*

ALCIBIADES cum Hellepontum Atheniensibus subjecisset, in patriam revertens, Atticas triremes oleagineis ramis, tenuis, & coronis coronavit: tum captivas naves conjungens extre-

mis amputatis partibus ad ducentas, vestandis equis fabrefectas, spoliis plenas armisque Laconicis ducentas, advigavit. Triremis, in qua ipse navigabat, ad clausura usque Piræi purpureis velis accurrat. At ubi fuit intus, remigique remos ceperunt, Chrylogonus Pythiam autem flolam indutus, navalem rhythmum cecinit: Callipides stolam tragice scenæ flolam indutus, gesticulans est. Quamobrem pervenisse dixit quidam: Neque duos Lylandos Sparta tulit, neque duos Alcibiades fecerit Athenæ. *Alphens. lib. 1. 2. 6. 16.*

Veterum Gothorum ac Sveonum antiquissimus mos erat, ut ubicunque locorum victorias essent conciecuti, illic saxa ingentia erigerent, quibus præclara gesta brevissimo titulo insculperent. Id quod ex vetustissimis rhythmis intelligere licet. Sunt in Septentrionalibus locis, apud Helsingos possimum, montes cineritici coloris, marmoream duritiem longè exuperantes: qui plerumque terræ motu, fulgure, vel alio naturæ impulsu ita concuti solent, ut disjecta saxa, partim formam pyramidis, partim quadratarum columnarum, partim obeliscorum suscipiant. Saxa verò à Gigantibus ac pugilibus erecta, nullibi frequentius, quam apud Othrogothos & Vestrogothos, ac superiores Sveones in trivis conciecutur, etiam in vastis solitudinibus. Habent hæc saxa, in plerisque locis erecta, longitudinem x. xv. xx. aut xxx. & amplius: latitudinem quatuor vel sex pedum, mirabili simi, ordine, ac charactere, litterato rectoque & longo ordine pugilum certamina, quadrato turmas bellantium, spherico familiarium decies sepulchras, cuneato equestrium ac pedestrium acies triumphasse, Scripturæ verò à dextro lateri in pede taxorum inchoata, utque in verticem, & tandem referendo in sinistro pede terminantur. Habentque singula littera spissitudinem atque longitudinem digiti majoris humani. *Olaus Magnus lib. 6. 30.*

ATILIA, Hunnorum rex, Joannis Episcopi Ravennatis Ariariani pollicitis placatus, pacem quidem urbi dedit: certantamen inmemoriam partem dirigi iussit, & per lunas cum toto exercitu ingressus est: ut hac ratione posteros testatum relinqueret, viribus subigi urbem potuisse, nisi clementia servata fuisset. *Nicolaus Olaus c. 15. in Astila.*

OTHO Vicecomes, superatis Turrianis, Mediolani imperio potius, insigni pompa in speciem triumphi receptus, cunctos qui advenariarum partium fuerant, metulibetavit, habuitque orationem, civili clementia & Christiana pietate plenissimam: captivique omnium animis, republica ad ejus nutum constituta est. Dedicavit subinde aram in templo maximo divæ Agneti, quam in praelio voverat, addiditque agros in alimenta sacerdotum, qui quotannis ejus dici memoriam celebrarent. Idque adhuc in urbibus Mediolanensi imperio contributis, praetores decurionisque, ad turbam cantum instauratis factis, religiose repetere quotannis possi ducentos & sexaginta annos constat. *Jovius in ejus vita.*

JO. HUNIADES, regni Hungarici administrator, miserat ad Huldricum Cilia Comitem vice vite insidiantem, ut ad se veniret in castra. Comes legatus respondit: Non ego comes & princeps, & tam nobili familia natus, ad te veniam hominem novum, & nostra ætate nobilitatum. Tum Joannes: Non ego (respondit) tuis majoribus, sed tibi me comparo: quamquam neque illis cedam, qui pugnando pro Christiana religione nobilitatus, majus lumen posteritati mea comparavit: atque ut in te Ciliensis Comitatus turpiter extinguitur, ita in me domus Nistricentis splendide oriatur. *Aeneas Sylv. de dictis Sigism. & Erad. Imp.*

GLORIAE CONSERVANDÆ

Sudium, Respectu modi. Quatenus scilicet gloria propagatur, ampliatur.

Respectu

RERUM, PER QUAS:

Ut per

SCRIPTA.

LYSANDER Lacedæmonius Chersilum poetam secum semper habebat: ut carminibus ea celebraret, quæ ipse armis atque virtute gestisset. *Plut. in Lysandro.*

P. Scipio Africanus major, Ennius poeta effigiem in monumentis Corneliae gentis collocari voluit, quod ingenio ejus opera sua illustrata indicaret: non quidem ignavis, quam diu Romanum Imperium foret, & Africa haic pedibus esset subiecta, totumque terrarum orbis summum culmen, arx Capito-

ÆDIFICIA.

Atolina possideret, eorum extingui memoriam non posse; si tamen illius literarum quoque lumen accessisset, magni aestimans. *Val. Max. lib. 8. c. 15. & Cic. pro Archia.*

Cn. Pompejus Magnus, Theophaenon Mitylenæum, scriptorem rerum suarum, in concione militum civitate donavit, beneficium per se amplum accurata equis & testata oratione profectus. Quo effectum est, ne etiam dubitaret, quin referret potius gratiam quam inchoaret. *Val. Max. lib. 8. c. 15. & Cicero pro Archia.*

Decius Brutus, familiari cultu & prompta laudatione Acii poetae delectatus, ejus versibus templorum aditus, quæ ex manibus consecraverat, adomavit. *Val. Max. lib. 8. c. 15. & Cic. pro Archia.*

M. Tul. Cicero, longa epistola à L. Lucejo, cive Romano, enixè petiit, ut Catilinariae conjurationis historiam seorsim ab aliis rebus, ad propagandam nominis sui famam, scribere vellet: neque abstinuit illud quoque depolcere, ut in ea etiam aliquid amicitiae daret, ipsoque vivente eam ederet, ut vivens gloria sua perfrii posset. *Fulg. lib. 8. cap. 15.* Testatur quoque suam Cic. passim alloqui, præsertim in oratione pro Archia.

C. Marius, etsi illiteratus, literatos tamen fovit, quorum scriptis res suas artemitatis conferendas speravit. *Cicero pro Archia & Plut.*

Augustus Cæsar cum testamentum suum scripsisset, libellos etiam quatuor adjecit: in quorum secundo res ab se gestas etiam antotavit, ut in columnis aeneis ad sepulchrum suum inscriberentur. *Dion.*

Adrianus Imp. magna diligentia rerum suarum historiam scripsit: ne ei nominis sui inscriptio fidem adimeret, sub liberorum suorum nomine edidit. *Fulg. lib. 8. c. 15.*

Cosmus Medicus, Leonis X. Pp. proavus, studiosis egregiisque rerum scriptoribus favendo, donandoque, immortalitatem, literarum beneficio, gloriae quaedam pecunie atque honorum beneficia contulisset, vel immemores aliquando futuros vel omnino interituros diceret: itemque prætoria, villas, templaque ab se regio sumpta adinca, haud multo post vel temporis vel hominum injuria labefactari posse, ac absumi penitus arbitratetur. *Jovius in vita Leonis lib. 1.*

Alfonfus Aragonius, Siciliæ rex apud se Antonium Panormitam insignem eo seculo poetam, item Bartholæum Facium, historice scribendæ peritum, habuit, qui gestas ab eo res scripserunt. *Fulg. lib. 8. c. 15.*

INSCRIPTIONES.

Semiramis columna gesta sua inscripsit, his verbis: Me natura quidem mulierem genita: at ego rebus gestis nullo fortissimorum virorum inferior extiti: Etonique regnum tenui, ad orientem terminans fluvium Hinanancem, ad meridiem eam terram, quæ thure ac myrrha abundat, ab hyeme Saccas & Sogdos. Mare antea nemo Assyriorum vidit: ego verò quatuor, quibus propter longinquitatem appropinquare nemo potest: quis enim ea impetus continet? Fluvios coegi fluere, quocunque vellem: volui autem, quò conduceret. Terram sterilem fetam reddidi: fluvius enim meis eam temperavi, Monitiones invitas constitui. In via petras ferro domui. Vias meis pecuniis stravi, quas ne feræ prius ambulaverant: & à rebus gerendis satis mihi superfluit temporis, quod mihi & amicis impertivi. *Polyan. 8.*

Darius rex, ad Tearum amnem Thraciæ cippum erexit inscriptione gestorum suorum. *Herodotus.*

Artemisium Eubœa, & supra Helsingam ad Boream expansum litus: ubi prima velatione Xerxis classem Graeci superarunt, ductu Eurypladis Lacedæmonii, prudentia Themistoclis Atheniensis. Fanum habet non amplum, Dianæ Orientalis cognomine. Et est lucus circumjectus, & cingunt pile lapide candido coactæ. Lapis, si manu conficitur, colorem & odorem repræsentat croceum. Earum pilaram in una hæc sunt incisa:

Diverfas Aste gentes certamine quondam Navali hoc judit venisoma in pelago. Victor Cæropidum populus, Medisque preempts Dictyma hæc posuit clara trophea tibi.

Monstratur hujus litoris locus, qui ex multa circumjecta arena cinerem pulverem & atrum ex imo edidit velut aductum ubi naufragia & cadavera perantur eximiale. *Plutarch. in Themistocle.*

Oratores, Thucydides erant affectæ, Periclem supertuos adificiis pecuniam dilapidare, & vectigalia evterere criminabantur. Ibi pro concione, An multum impensum esset, requiritur ex populo. Permultum verò, cum respondisset: Ne ergo vobis, inquit, sed mihi referatur expensum, memque ipsius nomen his monumentis inscribam. Sub hoc Pericles dictum, vel viri magnitudinem animi obdupecentes, vel de operum cum eo certantes gloria, subalta voce, ex aratio impenderet, erogaretque, nullo sumptus respectu, iussisse. *Plut. in Pericle.*

Augustus Cæsar, ut Actiæ victoriæ memoria celebratio in posterum esset, urbem Nicopolim apud Actium condidit, Iulioque illic quinquennales constituit: & ampliato veteri Apollinis templo, locum castrorum, quibus fuerat usus, exornatum navalibus spoliis, Neptuno ac Marti consecravit. *Sueton.*

Trajanus, quum Mysios & Dacos domuisset, in suæ victoriæ monumentum Nicopolim in Istri ripa condidit, & præ caeteris duas colonias deduxit, quas Ulpianas à suo nomine denominari iussit. Item in Danubio pontem erexit, opus perquam admirabile, ut *Dion. in Trajano* scribit: quos hodie quoque pile nonnullæ spectantur. *Basn. lib. 1. Dec. 1.*

ANATHEMATA, DONARIA SACRA.

Pausanias Lacedæmoniorum rex, cum tyrannidem affectaret, inscripsit donis, quæ dedicavit apud Delphos, hoc epigramma:

Græcorum postquam dux Medorum agmina fudit, Phæbo Pausanias hæc monumenta dedit.

Quod cum Graeci non ferrent & improbant, missis Delphos legatis, Lacedæmonii hoc exararunt, & civitatum nomina, ut æquum erat, incidendum. *Plut. de Herod. malig.*

Hannibal Carthaginensium dux, circa Lacinia Junonis templum castra habens, aram deæ dedicavit, cum titulo rerum omnium à se gestarum, Graecis Punicisque literis sculpto. *Sab. lib. 3. Enn. 5.*

T. Quintius Flaminius plurimum ob liberatam Graeciam gloriosus, cum Delphis clypeos argenteos & scutum suum dedicaret, inscripsit his:

Dicite in ceteris quibus est equitare voluptas, Voce levi soboles dicite Tyndaride, Io Lacedæmonis reges: non munera dextra Vobis summa Titus præstitit Aeneades: Nam libertatem reparavit Grajægenarum, Triste tyrannorum quæ tulit ante jugum.

Donum etiam Apollini coronam auream tulit cum hac inscriptione:

Hanc tibi fulgentem dedit auro, Phæbe, coronam, Divinum cupiens concedere caput, Aeneadam ductor magnus. Sed Apollo vicissim Virtutis tribuas tu decus almae Titio.

Plut. in Flaminio.

Belitarius, posteaquam in Italia septus Gothos devicit, regemque eorum Virugem, & in Africa Vandalorum regem Gilimerem cepit, Africam quoque & Siciliam recepit, & de Persis triumphavit: Cruci aureæ gemmis contexta, centum pondo, Graecis Latinisque literis victorias suas inscripsit, atque eam Romæ S. Petri Apostolo munus dedit: ratus ob religionem, perpetuum atque insigne omnibus seculis militaris virtutis suæ monumentum fore. *Fulgos. & Egnatius lib. 8. c. 15. ex Procop.*

Alfonfus Ferrariensis Dux nostra Venetarum navium in Pado ad Pulicellam capturum, in templo maximo Ferrariæ suspendit, victoriæ monumenta. *Jovius in Alfonso Aestifino.*

STATUAS, IMAGINES,

PICTURAS.

Semiramis, quum & lapis descenderet, & majus aliquid concupisceret, quam quod ære possit assequi: apud Montem Medie, qui Bagittanus dicitur, in petra statorum septem & decem stam insculpsit effigiem, quam viri centum duos venerantur. *Cel. lib. 29. c. 24.*

Alexander Magnus edicto vetuit, ne à quoquam pingere-tur, præterquam ab Appelle: aut à quoquam ære sculperetur præ-

Apraterquam à Lyfippo. artificibus illis etatis præstantiffimis; nam hoc quoque iudicabar ad principis dignitatem pertinere.

Henricus II. Imp. Ungaros in Saxonia magna strage vicit, pugnam in cœnaculo domus regis Merfburgi depingendam curavit. *Cyprianus.*

Conradus Imp. occupata Neapoli anno Sal. 1253. mœnia defecit, propugnacula solo adæquari voluit. In cathedrali templo æneus equus absque freno, antiquitatis monumentum, spectabatur: ei frenum addi, & hos versus inscribi iussit.

Hætenus effrenis, domini nunc parci habentis: Rex donat hunc æquus Parthenopenfis equum.

Ægidius Corrozetus de diis & factis mem.

Octo Vicecomes ad Caracam profligatis Turrianis, anno Salutis 1277. atque ita debilitatis, ut Mediolanenses eum receperint, ejus summæ victoriæ historiam pingendam curavit in Angliana arce, regio lumpu ab se ædificata: extantque adhuc in maximo testudinatoque conclavi incorrupte prælorum cum veris ducum vultibus imagines, Latinis elogiis passim singula rerum argumenta indicantibus. *Jovius in vita*

B. Orthonis.

Eugenii IV. Romani Pontificis studio dissidens Græcia inter se reconciliata fuit, concilio œcumenico Florentiæ indicto. In quo Palæologus ipse Constantinopolitanus Imperator interfuit, ipseque patriarcha cum universo clo ciero præfens affuit. Quare tunc expedita per tot annos concordia, inter Latinos Græcoque homines felicissimè succcessit. Id quod Eugenius ipse non literis tantum Græcis Latinisque mandari curavit, sed reliquis etiam subministravit, foribus etiam ad divi Petri templum fabricatis, que rem perpetuam extare vulgo testantur. *Egnat. & Fulg. lib. 8. c. 15.*

Hofstadius Ravennatis statum Antonini Cæsaris, quem Tichonensis olim Ravennatis eripuerant, suæ patriæ in victoriæ præmium reponere nititur. *Vide supra, Ornamenta publica conservare.*

Solymanus Turcorum Imp. per deditorem accepta Buda, interfecto rege Ludovico, duas statuas æreas, per probatiffimos olim artifices Patriæ regis iussu fabricatas, Constantinopolim duci, ac super bases è marmore pulcherrimo ornatu constructas, veluti victoriæ trophæum, in foro erigi curavit, anno MDXXVI. *Jovius in vita Solymani.*

COLUMNAS.

Hercules, ubi Oceanum venit, ab utroque ibi latere in extrema terrarum ora columnas rerum æfe gestarum metas statuisse fertur. Verus fuit ac quodammodo heroicum, columnas & trophæa, aut quid aliud, quod quæritæ esset victoriæ monumentum, postea spectanda relinquere. Fuerunt, qui eas columnas ultra Gades insulam fuisse arbitrati sint. Alii Gaditani freti angustias Hercules esse metas autumant. Nonnulli Calpen & Abylen promontoria, quorum Calpe Hispaniæ est, contra Abylen modico intertente freto ex Mauritania respondunt. Id Atlantis partem esse scribere quidam. Non desuerunt, qui duas opinarentur esse insulas, ipsis promontoriis propinquas, earumque alteram Junonis dictam, seu, ut Arctimidorus credit, Junonis templum. Alii errabundos his locis scopulos, Hercules columnas appellatos; Pindari fortasse testimonio adducti, qui eas Caderitas portas nominavit, ad que usque loca Hercules pervenerit. Dicaæchus, Eratosthenes, & Polybius ad Euripi angustias metas statuerunt. Apollinis oraculum ad Hercules columnas Tyris respondit coloniam mittendam, quum Gades insula demonstraretur. Fuerunt, qui dicerent, eas debere Hercules metas existimari, quæ in Gaditani Hercules sano fuisse dicunt octonum cubitum altitudine, quibus magnificentiissimi templi sumptus inscriptus esset, nautæque vota Herculi reddere, novissimè que obligare consueverant. *Sab. lib. 5. Em. 1.*

Boleslaus I. Polonorum rex bellicosissimus, cum ad Albin & Salam & Olfam stuvios omnia vastasset, in ripa Salæ tres ferreas columnas victoriæ monumentum & Poloniæ limites posuit, an. 1008. Idem de Ruffis victor, an. 1007. totidem columnas ferreas in Borysthene seu Nepro, qua Zula fl. influit, statuisse dicitur. *Crom. lib. 3. & Guag. in Prussia descript.*

MACHINAS.

Demetrius frædere cum Rhodiis pacto Helepollin apud eos reliquit, magnificentia documentum ad posteros suæ, atque illorum fortitudinis. *Plut. Apoph.*

COMITATUM, POMPA magnificam.

Consule Tit. Magnificentiæ in pompis. Illic sumptus habetur ratio, hic vero Glorie, que hujusce sumptus zelutifinis est.

PERSONARUM. contra quas conservatur.

Conservatur honor & defenditur contra eos, qui illum nobis præcipere conantur. Proinde in istis exemplis partim Magnanimitas cõ quaxi conservantium, partim Ambitio & xiaferentium observanda erit, atque adeo diversis locis accommodanda. Exempla ex præced. Tit. quatenus antagonistas habent, peti possunt non pauca.

Meneclides Thebanus orator, Pelopida & Epaninondas gloriæ infectus, Pelopidam cum criminari non posset, Charonis res gestas ad Plataas extollere, & tabulam prælii cujusdam, quo peristeringer Pelopida & Epaninonda ornata, suafit populo, ut inscripto Charonis nomine dedicaret. Hanc rogationem Pelopidas ut adversus legem interdita latam dedulit, urgens, non esse ex more Thebanorum aliquem ornare privatim, sed patriæ publicè titulum tribuere victoriæ. *Plut. in Pelopida.*

Demosthenes Athenis curator datus muris reficiendis, eos cum pecunia sua refecisset, nullis officii relati rationibus, Ctesiphon scitum populi fecerat, ut corona aurea donaretur; eaque donatio fieret in theatro, populo convocato, ac præsentem omni Græcia, sub hoc titulo: Ea corona donari Demosthenem virtutis ergo benevolentiamque, quam ergo populum Atheniensium haberet. Æchines Ctesiphonem idè violatorem legum acculavit, quod contra leges rogationem tulisset, quibus cavebatur, ne quisquam populi scitum faceret, ut quis corona donaretur in magistratû, priusquam administrati officii rationes retulisset: quod adeo sanctè observari placuit, ut ei qui rationes non reddiderit, neque peregrè proficisci, neque facultates suas consecrare, neque donaria eius offerre, nec legare, nec in alienam familiam transire, & alium honorem in Rep. subire non liceat. Item quod contra eam legem fecerit, que jubet eos, qui corona donantur, in concione donari, non in theatro, non in conspectu totius Græciæ. Denique falsum esse, quod de virtute Demosthenis adscriptum: quoniam nec vir bonus esset, nec benemeritis de Republica. Demosthenes pro Ctesiphonte, aut adeo pro se sub persona Ctesiphontis, respondebat: Se non fuisse in magistratu; quia exactio arque instructio murorum, non in officio & magistratu posita est, verum in nudo ministerio & curatione duntaxat. Eos magistratus appellari, quos Sexviri in Theset templo sortitò distribuunt, quibusque populus suffragio suo in comitiis imperia equitatus decernit. Præterea, ut hoc, Muros reficere, magistratus esse videretur: tamen se de suo muros refecisse, nec quicquam de publico accepisse: ergo non fuisse obnoxium reddendis rationibus. Non expentitabulas, rationes & inquisitores: donationem autem, gratiarum actionem atque laudationem postulare. Atqui ob liberalitatem in Republicam, & plures alios coronatos esse, Nausiclem, Diotimum, Claridem, Neoptolemum. Cæterum quod de concione aut theatro assertur ab adversario: aliam legem esse, que ibi coronam promulgari jubet, ubi populus voluerit, iussit: certè ut in theatro & ludis solemnibus donaretur, imperasse. De sua virtute ac bene meritis erga Republicam, habere se testem ac iudicem universum populum Atheniensem. Esti replicabat Æchines, nihilominus fuisse Demosthenem reddendis rationibus obnoxium, quoniam pecuniam publicam non tractasset: nam & sacerdotes, & præcones, & triennium præfectos juberi rationes reddere, licet pecuniam publicam non tractent. Præterea lege ipsa nominatim contineri de his, qui nihil ex publico ac proficere teneantur, se nec fuisse quicquam & publico nec insumpisse. Denique quod à populo concedi solet, ut corona in theatro proclameretur, tum fieri, cum ab aliis civitatibus, sociis, aut fœderatis, cui Atheniensis corona præstito datur: non cum à populo ipso; tunc enim designatum esse locum, ubi id fieri debeat. Attamen reus dimissus est Ctesiphon, urbeque ut calumniator pulsus est accusator, quia verum erat, hanc eum accusationem suscepisse, non tam puniendi Ctesiphontis, quam Demosthenis insectandi & ulciscendi causa, à quo ipse antea

A antea male obite legationis damnatus esset. *P. Erod. ex Demosthene pro corona. Plut. in Libano, & aliis.*

IGNOMINIE, INFAMIE, DEDECORIS,

Obtrectationis, Detractionis despectio, propulatio. Ratione habita

REI, HOC EST, DECORIS QUOD depellitur, Pura,

CALUMNIA.

Consule Tit. Prudentia in auctoritate sua munda, item Veritatis.

EPAMINONDAS Thebanus, cum in conventum venisset Arcadium, petens, ut societatem cum Thebanis & Argivis faceret: contraque Callistratus Atheniensium legatus postulare, ut potius amicitias sequeretur Atticorum, & in oratione sua multa invehens esset in Thebanos & Argivos, in eis que poluisset: Animadvertere debere Arcadas, quales utraque civitas civis procreasset, ex quibus de cæteris possent iudicare: Argivos enim fuisse Orestem & Alcmæonem matricidas: Thebis Oedipum natum, qui quum patrem suum interfecisset, ut matres liberos procreasset. Huic in respondendo Epaninondas, quum de cæteris perorasset, postquam ad illa duo opprobria pervenit, admirari se dixit stultitiam rhetoris Attici, qui non animadvertent, innocentem illos natos: domi scelere admisso, quam patria essent pulli, receptos esse ab Atheniensibus. *Probus in vita Epam.*

ACCUSATIO.

PETILLUS quidam Atræjus Trib. pl. è M. Catone inimico P. Scipionis comparatus in eum atque immixtus, desiderabat, in senatu instantissimè, ut pecunia Antiochæ, prædæque quæ in bello capta erat, rationem redderet. Fuerat enim L. Scipioni fratri suo Imp. in ea provincia legatus. Ibi Scipio exstiterat, & prolatò è sinu togæ libro, rationes in eo scriptas esse dixit omnis pecuniæ, omnique prædæ. Ille tum, ut palam recitaretur, & ad ætarium deferretur. Sed enim id jam non faciam, inquit, ne me ipse afficiam contumelia. Eumque librum statim coram didicist suis manibus, & concepit: ægrè ferens, quod cui falus imperii ac reip. accepta ferri deberet, ab eo ratio pecuniæ prædæque poleretur. *Gell. lib. 4. c. 18.*

HISTORIA INEPTA.

L. SYLLA, cum hasta posita in foro proscriptionum quorundam civium bona venderet, & ei quidam carmina in ipsius laudem scripta, non bonus poeta dedisset: famæ desiderio motus, ex his, quæ subhastabantur, nonnulla manus poeta dare iussit, ea lege, ne in posterum de se scriberet: Tanta eum famæ suæ cura tenebat. *Cicero in Archia.*

ALEXANDER MAGNUS, cum de rebus suis non bonum poem Cheritium scripissè intellexeret (quanquam sæpè dicere solet: Homeri te Theritum esse, quam Cherit Hæctorem aut Achillem malle) ut alios tamen ad scribendum invitaret, singulos versus ejus bonos Philippo numo redemit: pro malis colaphum impedit. Præcipitem ille idem in Hydaspem amnem deturbare Antiocholum voluit, cum falsas ipsius laudes recitasset ademptum profectum librum in amnem demerit. *Plut. in Alex. & Curtius.*

PAX IGNOMINIOSA.

Ingenti gravitate Romanus Senatus unus est, cum urbe à Coriolano & Volscis obiectis, quanquam Senatus consilium de pace conscripserit; aperiti tamen nunquam voluit, nisi prius Romano agro Volsci cum exercitu excessissent: ne aliquando diceretur, Timore coactos Romanos, pacem cum Volscis fecisse. *Fulg. lib. 7. c. 4.*

HOSPITI EREPTIO.

Evio tibicini attribuit Ephæstion ædes, que poeri Eumenis priores cepantur. Adit Eumenes ad Alexandrum, ac cum Mentore vociferatus est, Præstare projectis de manibus armis tibia canere, vel tragœdias agere. Tulit autem injuriam ejus Alexander molestè, lacervaque probis Ephæstionem, Mox tamen mutatus flagravat ita Eumenem, quasi contumelia potius adversus se, quam libera lingua esset adversus Ephæstionem usus. *Plut. in Eumene.*

SESSIONIS IGNOMINIA.

ROBERTUS Normannorum dux, ob interfectum Ricard. III. fratrem Hierosolymam voti causa petens, Constantinopoli fuit perbenignè à Constantino Duca Imp. acceptus. Is cum antea audivisset, duces liberales & urbanos esse, dedita opera prohibuit, illi atque aliis heribus Normannis sellas apponi, pedes & dimidio aliores, in quibus prandendo sederent. Quo factum est, ut dux exerit continuo vestem, ac super eam instar globi implicatam fœderit. Fecerunt itidem & Normanni principes: & mox finito prandio, relicis vestibus abierunt. At Imp. subridens, admonuit, ut vestes suas reverterent. Ad ea dux: Non est, inquit, mos Normannis sedem secum ferre. *Polyd. lib. 8.*

MODI IGNOMINIAM fugere,

OCCASIONEM PRÆCIDIENDO.

PHILIPPUS rex, quum deprecaretur Harpalus, ut Cræta familiarem ac gentilem suum, qui injuriam esse postularat, iudicio liberaret: atque ita, ne tamen illi remitteretur multa, Eum (inquit Philippus) rectius est, quam nos ob ipsum, male audire. *Plut. in Reg. Apoph.*

ADRIANUS VI. cum adolescentem aliquot honestè tum indolis tum stitipis in gratiam parentum in familiam alcitos, ex Hispaniæ secum in urbem dixisset, intellexissetque, Italos ex convictu illorum, nescio quæ abominanda, Germanis invidiata suspicari, statim in Hispanias remisit, in Academia Salmanticensi plentis literis imbuendos. *Aud. vii. e.*

EXPOSTULANDO, EGRE FERENDO.

ARISTOTELES Stagiritis philolophus, cum quidam ei decretum Delphis honorem eripuisse, scribens de his ad Antipatrum, inquit: Ea quæ Delphis mihi decreto iungi assignata, quibusque nunc privatus sum, animum meum afficiunt, ut neque magis petere mihi cordi sint, neque tamen omnino non cordi. *Alian. lib. 14. Var. hist.*

Cum Gedeon trecentis viris 155. millia Madianitarum in fugam verisset, Ephraimitæ, qui belli reliquias persecuti, reges duos Oreb & Zeb occiderant, cum Gedeone expolululurunt, quod bello Madianitas adorturus, se in belli societatem non vocasset. At Gedeon respondit, recationem Ephraimitarum (qui scilicet belli reliquias persecuti fuissent) præstantiorem esse Abiezerianorum suorum (qui hostes in fugam verterant) vindemia. Eos enim reges ipsos de medio subululisse: se tantum ignobile vulgus. Hac ratione convulsus fuit Ephraimitarum contra Gedeonem impetus. *Jud. cap. 8.*

AMOLIENDO.

Ex Tit. Monarchie, huc quedam, quatenus infamia illata singularis certaminis eventu diluitur.

Lucretiæ pudicitia, est à Tarquinio lefa, tantum facinus non esset aula, nisi honoris studium intervenisset: cuius vis tanta est, ut victura perinat, profanct peritura, neglecta fatatum lege. *Sab. lib. 5. c. 5.*

Claudia Vestalis pudicitia læsa suspicionem navit, quæ nulla vi humana loco moveri poterat, è Phrygia Matris deum simulacrum advectans, baltheo suo religata, & per Tiberim subvecta diluit. De ea *Ovid. 3. Fastorum, & Silius lib. 17.*

Cælicolum genitrix numen, quod numina nobis Cuncta creat, cujus prole terramque frerumque, Sideraque & mores regnorum sorte gubernat, Si nostrum nullo violatum est crimine corpus, Testis, diva veni, & facili me absolvo carina, Tum securæ capiti funem, fremisique leonum Audaci visus subito, & graviora per auras Nulla pulsa manu sonnerunt tympana Divæ. Ferris pronaratis, venos impellere credas. Contraque adversas ducentem prævenit undas.

M. Caro, Censurii filius, in acie ad Pydnam contra Persem decidente equo prolapsus, cum se recollectisset, animadvertissetque gladium excidisse vaginam, veritus ignominiam, rediit in hostem: ex eoque aliquot vulneribus recuperato gladio, demùm revertus est ad suos. *Frontin. lib. 4. cap. 5. & Plut.*

Cum superiores Imperatores tributa Sythia (hoc est, Gethis) pependissent: id alienum esse Romam majestatem ratus Constantinus Magnus, Christi auxilio fretus, crucis vexillo in eos illato, brevi omnes subegit: ac reluctantes quidem armata manu coercuit, reliquos verò difertis legationibus mulcens, ab inculca & feta vita ad humanam civilemque traduxit. *Signon. lib. 14. Imp. occid.*

ULCISCENDO.

Huc refer Severitatis in vendicando Con-
tempit ab obsequiis oris.

NICOLAUS PISARUS, classis Venetæ legatus, ætate circa
annum Christi 1489. exitu, cum in mari Ægeæ apud Myrle-
nem cum trimitibus quatuor iter faceret, & navi operariz
bellicæ unius ex Imp. Bajazethis II. ducibus, quos Bassas vo-
cant, militibus, tormentis reliquisque rebus omnibus ad pu-
gnandum idoneis instructissimæ, amphorarum plus trecenta-
rum, quam vento ferri viderat, appropinquavisset, vela uti
dimitterent vectores, admonuit. Illi autem non vela modo non
demiserunt, sed pilis ferreis tormentis emissis, Nicolai præfec-
tum interfecerunt, ac nonnullos ex remigibus sagittis celeri-
ter conjecit vulneraverunt. Quod ubi fieri Nicolaus vidit,
arma suis uti capere imperavit, atque in navem Thraciam
impetu facto, eam expugnavit: cumque omnibus qui pugna
superfuerant, depressit. Erant ea in navibus homines circiter du-
centi quinquaginta. *Bemb. lib. 4. Venetæ hist.*

DETESTATIO, IMPRECANDO.

Oebotas, cum primus ex Achaïs Olympicæ coronam me-
ruisset, neque tamen à civibus suis eo nomine honorem esse
adeptum, imprecatur Achaïs, ne quis ipsorum unquam
palmam Olympicam ferret. Respondit voto eventus. Quod
tum demum recesserunt Achaï, cum se mirantes Olympica-
rum palmarum compositos fieri nunquam amplius potuisse, Del-
phos ad oraculum miserunt. Et tunc quidem cum & alla in
Oebotæ honorem instituisent, virique statum in Olympiam
mississent, mox Softratus Pellenæus in stadio pueros vicit.
Paul. in Achaïcis.

CALLICRATIDAS, Lacedæmoniorum classis præfectus, in
Lydiam Sardes abiit, ut à Syro, minore Lacedæmoniorum
socio, contra Artaxerxem pecuniam peteret. Ferunt ad illius
januam statim petiisse regis juvenis colloquium. Cui quum
diceretur, non esse potant Cyro otium audire quæpiam:
idemque etiam altero & tertio die: tum secum Callicratidas,
homo excelso animo, inique ferens regium factum, multa
iis mala imprecatur dicitur, qui Persicis opibus alleciti, tam
turpiter Græciam societatis specie, Barbaris, apud quos nihil bo-
ni præter aurum esset, irridendam obsecissent, deos testatur,
quæprimùm Spartam visisset, enixè operam daturam se, ut
Græci in pristinam gratiam redirent, ut perpetuo terro-
ri Barbaris essent. Atque ita Cyri congressu sæpius frustra petito,
sine pecunia ad naves rediit, Lacedæmonem missis, qui
pecuniam in stipendium peterent. *Sab. lib. 9. En. 3. ex Plut. Apyth.*

DEPRECANDO.

AMPHITRYON cum Herculis liberis ad aram à Lyco tyranno
comburendis, precatur Chorum, ne patiatur se exuri ad aram
supplicem cum liberis, *apud Eurip. in Hercule tur.*
*Ἡρώς δ' ἐπὶ τῆν δὴ δαίτην, θύοικον χερῶν,
Μὴ πύθῃ καταζυδοῦσθαι, ἕχθρῶτα γέρον
δαίοντα, δ' οὐκ ἴδωσιν ἡμῶν κακῶν.*

Nos verò quoniam oportet moti, moti convenit non igne
ambultus, hostibus risum exhibentes: quod mihi ipsa morte
majus malum.

GLORIAM ET HONOREM NON
CONSERVARE.
QUEM, QUALEM, V. G. PONTIFICATUM
SACERDOTIUM.

CALLISTO II. Pontifice mortuo, divisis Cardinalium studiis,
duo suffecti sunt, Lambertus Episcopus Ostiensis, & Theobal-
dus presbyter Cardinalis; atque ille Honorius II. hic Cælesti-
nus II. est appellatus. Plerisque autem ad Honorium acceden-
tibus, Cælestinus se abdicavit. Honorius, cum ne ita quidem
suam probari electionem ab omnibus intelligeret, post duode-
cim dies, convocatis Cardinalibus, insignia ultro deposuit, &
se item honore abdicavit. Episcopi verò, presbyteri ac dia-
coni Cardinales humilitatem ejus percipientes, atque in poste-
rum, ne quid novi in Ecclesia inferretur, caventes, quod per-
peram factum fuerat, emendarunt: atque eodem Honorio
de integro lecto, ad ejus pedes procubuerunt, atque et tan-
quam universali Pontifici obedientiam præstiterunt. *Sigon. lib. 10. reg. Ital.*

PETRUS MORONEUS, ex consentaneis D. Benedicti, Ponti-

fix factus, Cælestinus V. appellatus: dum in vicis Romanensi-
bus asilo vehitur, paupertatem Christi emulari conatus, infe-
stos sibi sensit flammæ. Quamobrem lege lata atque promul-
gata, qua liceret Pontifici Rom. se abdicare, sexto menie, reli-
cto regno Ecclesiastico, ad privatam redit vitam. *Platina.*

COSMAS patriarcha Constantinopolitanus, cum Alexium
Comnenum Imp. Constantinopolitanum, exactionum nul-
lum ponere modum, omnemque emendationis spem sublata
videret; ministro dixit: Tolle Pfalterium, & sequere me; &
simul ad sacra egressus est, in quam nunquam rediit. *Zona-
ras Tom. 3.*

PHILIPPUM I. Francorum regem ob superdictam iustæ
uxori pellicem, Urbanus pontifex diris deoverat. Rex pro-
positi tenax, pro libito sacras dignitates distribuere. Henricus
Sueffionum pontifex ultro ad Urbanum pontificem max. ivit,
pontificatuque, quem à Philippo acceperat, se abdicavit, cer-
to consilio ejus dignitatis deinde non recipiendæ. Urbanus
permotus diæcesis necessitate, sedem invito eidem restituit,
jurejurando adacto, temperaturum se ab eorum commitione,
quos sedes Romana societate fidelium amovisset: neque inter-
ferendum consecrationibus eorum, qui sedes à profanis accep-
issent, utraque in causa Philippum regem notans. *Amal. lib. 3.*

REGNUM, IMPERIUM DEPONERE,

ABDICARE.

Cum Diocletianus jam ætate provectiori mobilitatem for-
tunæ, tanquam solertissimus & sagacissimus princeps, contem-
platus esset, decrevit Imperio se abdicare, & privatam vivere:
utpote qui diceret, nihil esse difficilius, quam scire bene impe-
rare. Ad hæc aras in bellis, & rerum humanarum instabilitatem
metus, qui rarissime continuo successu ad exitum eodem te-
nore perveniunt, susulerunt Diocletianum Imperium deponere.
Diocletianus verò mira difficultate serum & asperum Maxi-
miani collega ingenium frenavit, ut ei consentiret. Qui est
natura ferax erat, naturam tamen suam frangens, consiliis
Diocletiani obsequutus est. Igitur eodem die, cum jam con-
venissent, Reipub. habenas junioribus mandare, Diocle-
tianus Jovius Nicomedia, Hercules Maximianus Mediolani,
imperiales fauces deponunt, Constantio & Galerio Maxima-
no Augustis prius appellatis, anno Salut. 307. rem memoratam
admirabilem, & prioribus seculis non vixim peragentes. Cum
post decem annos, quibus privatus vivit, Diocletianus à Con-
stantino ac Licinio vocaretur nuptiarum Constantiam,
causatus senectutem per literas, scripsit, se prius peste
liberatum, nolle iterum venena imbibere: satis se pro Repub.
elaborasse: nunc verò in patria sua, hoc est, Salonis, olera se-
tere, hortum curare, & privatam agere malle. Cum verò hi
Imperatores reciperissent minacibus literis, se nõ admittere ex-
culationem, quod fasset Maximo suspectans necem dedeco-
rosam, dicitur venenum hausisse. Quidam tamen dicunt,
stupore mentis & longa ægritudine confectum, animam inter
suppura effuisse. Vixisse dicitur quibusdam sexaginta octo an-
nis, nonnullis lxxiv. secundum quosdam, duobus de octo-
ginta. Imperavit annis viginti. Mansit privatus Salonis, rei
rusticæ indulgens, annis decem: & post mortem inter divos
relatus est. *Cyprian.*

TYRANNIDEM.

CADMUS, cum tyrannidem Coorum à patre Scythæo acce-
pisset satis validam, nullo advero casu, sed ob justitiam, sua
sponte eam in media civitate deposuit, atque in Siciliam abiit.
Ubi unà cum Samiis urbem Zanclem, cujus nomen in Messa-
nam mutatum est, incoluit, & postea apud Gelonem Syracusio-
rum tyrannum in magna fuit gratia. *Herod. lib. 7.*

LYSIADES Megalopolitanus (vel Lydiades) sine ipsius patriæ
tyrannus, gloria amore fractus, brevi molestiam, quæ trahit
secum dominatum, pertractus, accito Arato Sicyonio deposuit
dominationem, contribuitque civitatem creaverit. Ejus rei causa cum
à Lacedæmonis in prelio interfectus esset, à Cleomeene rege
pulcherrimè ornatus, Arcadibus remisus fuit ad sepeliendum. *Plut. in Arato, & Paul. in Arcad.*

ARATUS SICYONIUS, Achæorum prætor, iniquo animo se-
rens viciniam ipsi Argivorum tyrannidem, egit per nuncios
cum Aristomacho tyranno, ut Lysidiades exemplo mallet
Achæorum gentis cum laude & honore esse prætor, quam
cum periculo & invidia unius tyrannus civitatis. Itaque Ari-
stoma-

PRÆFECTURAM.

Post pugnam ad Plateas, cum Patianias Spartanus sua po-
testate abuteretur erga Græcos, defecerunt ab eo, transitionem-
que fecerunt ad Athenienses. Insignis gravitas hic exitu civi-
tatis Spartana: Ut enim depravari ex amplitudine potestatis
senserunt duces suos, depoluerunt ultro principatum, ac de-
fiterunt ad bellum mittere duces, malueruntque modestos ha-
bere & disciplina patriæ inhærentes cives, quam universæ
Græciæ imperium obtinere. *Plut. in Aristide.*

LOCI DIGNITATEM.

Cum ad Plateas cum numerosissimo Persarum exercitu,
duce Mardonio, Græci conficturi essent: Lacedæmonii, qui-
bus dextrum cornu debebatur, Atheniensibus, qui in sinistro
cornu stabant, locum suum pontè dederunt, eò quod vide-
bant, Mardonium Peras sibi opposuisse, cum quibus Athe-
nienles olim in Marathonè feliciter pugnavissent, & eorum pu-
gnandi rationem callerent. *Herod. lib. 9. & Plut. in The-
mist. & Pausanias.*

Cum Græci classem 271. navium ad Artemisium contra
Xerxem coegissent, quamvis Atheniensibus maris imperium
conveniret, ut terrestris exercitus Laconibus; tamen cum
socii negarent se secuturos, nisi Lacon esset imperator clas-
sis, Græci salutem privato honori anteposcentes, cesserunt
Laconibus, qui Eurybiadem Euryclidæ filium navarchum ele-
gerunt. *Herod. lib. 8. & Plut.*

BERNARDINUS CARAYATA Cardinali restitutus per Leo-
nem X. eundem locum, quem sub Julio II. obtinuerat, occu-
pare volens, cum Hadriano Cornetano Cardinale contendit.
Hadrianus cessit, sed mordaciter incessit, inquitens:
Præcedat ergo, quando & panis nauticus (quibus coquis est)
quovis alio pane diuturnior est. *Garim. lib. 3.*

TITULOS.

Vide Tit. Gloria fuga in Titulis, illic, Non accipere
id quod offertur, in censum venit: hic, Ejas quod semel ac-
ceptum fuit, obsequio.

QUOMODO. NEMPE
Affectando Abdicationem.

AUGUSTUS non semel cogitasse dicitur de administratione
Reipublicæ populo Romano reddenda: non desinit, ut Seneca
tradit, quietem sibi precari, & vacationem à Republica
petere. *Suetonius.*

Cum Gregorii Magni sanctimoniam invidia subsequeretur,
aded ut jam alius in ejus locum clam ordinaretur Episcopus, ip-
se sentiens, quid fieret, dixit: Abiit, ut me causa aliqua simul-
tas in Dei sacerdotibus oriatur. Si propter me est ista tempe-
stas, tollite & mittite me in mare, & desinet à vobis qua-
stio. *Petrus de Natalib. Eccl. hist. lib. 11. c. 9.*

RELINQUENDO.

TIMOLEON Corinthius, everso Dionysii principatu, & li-
bertate Syracusanis parata, è medio sua sponte cecidit: maluit-
que privatus, & in prediorum secessu solus vagari, quam of-
ficioium frequentia lepus in urbe conspici. *Sab. lib. 10. c. 1.
ex Plutarchi Timol.*

P. SCIPIO Africanus publicam rerum administrationem
spontè reliquit, ut privatus ageret.

Ex rebus à Cn. Pompejo Magno gestis, magnam partem
earum, etsi præclare sunt, quas nullus ex veteribus Roma-
nis adæquavit, alii fortuna tribuere, alii militum fortitudini.
Hoc verò omnium est maximum atque pulcherrimum (si
Dioni Nicæo credimus) quod cum à bello rediens Mithridati-
co, magnis stipulis exercitibus, & facile Italiam obtinere, &
imperium sibi Romanæ urbis posset vindicare, noluerit: sed
auteradyrtyrty, nil super ea re populo decernente, vel tena-
ti, Brundisium appellus, militibus dimisit. *Cælius lib. 3. c. 5.
Antig. Leil.*

AVITUS Imp. post Valentianum à Senatu electus, paucos
dies tenens Imperium, ultro secessit Placentiam, ibique est
Episcopus ordinatus. *Cusp.*

ABDICANDO, DEPONENDO.

Vide panio ante, Dictaturam, Tyrannidem, Prin-
cipatum non servare

CEDENDO alteri.

Cum Artabanus Parthorum rex, conspiratione regno pul-
satus, cum cognatis & familiaribus, ad Izatem Adiabænorum re-
gem venisset: Izates scripsit pro eo ad Parthos, suadens, ut
suum

A stomachus tyrannide deposita, anno post Achæorum prætor
creatus est. *Plut. in Arato.*

DICTATURAM.

SAMUEL propheta ad Galgala, confirmato Saul rege, ma-
gistratum se abdicavit. *1. Reg. 12.*

Belli Hetrurici omnia diuicula, Æmilius Mamercus, ne non
aliquid in sua dictatura egisset, censuram, quæ ab
initio quinquennalis fuit, in annum & semestrem spatium lege
ad populum lata contraxit. Et ut sciatis, inquit, Quirites,
quàm mihi diuturna non placeant imperia, dictatura me abdi-
co. Censores eum in ordinem redactum, quia magistratum
Pop. Rom. minuire esset ausus, tribu submoverunt, octupli-
catoque censu fecerunt ararium. Tulit Mamercus eam igno-
miniam civili animo, causam potius quam rem intuitus. Con-
trà tanta populi in Censores exarist ita, ut nullus præterquam
ipsum Mamerci auctoritas, ne multitudinis incuria violarentur,
Censores protererit. *Sab. lib. 5. En. 5.*

CN. QUINTILIUS Dictator dictus, cum fixo clavo civium
mentes lui composites fecisset, discordieque animos concilia-
set, statim dictatura se abdicavit. *Alex. ab Alex. lib. 1. c. 6.*

L. Q. CINCINNATUS questionibus exercendis Dictator fa-
ctus, cum Sp. Melius Romanum affectaret imperium, sumpto
post rem exploratum de re supplicio, continuo se dictatura
abdicavit. Rursus cum ex agro suo trans Tyberim vocatus,
& Dictator dictus esset, sumptis insignibus, Minutium con-
sulem in Aligido monte obsequium, obidione liberavit; & de-
victis quoque bello aliis xvi. die quam acceperat dictaturam
deposuit, ut in agrum revertens est, ne inanis gloria cupidus
videretur. Post annos x. revocatus, iterum Dictator dictus
est contra Fidenates, ut est *apud Liv. lib. 3. c. 4.*

PLUTARCHUS auctor est, neque vii morbi, neque somnii
pottento L. Syllam Dictatorem adduci potuisse, ut Reipubl.
curam abijceret. Appianus præterquam quod demonem
quendam per quietem illi visum scribit, qui imminens fatum
nunciavit, ultro eum se dictatura abdicasse prodidit, quippe
qui in medium progressus, populo & patribus nihil tale espe-
dantibus, media concione virgas & securas se eo consilio &
corporis cultodes à se dimiserit, professus se eo consilio &
dictaturam deposuisse, ut omnium qui in Republica egisset,
privatus rationem redderet. Tantum animi & felicitatis uni
viro supersit, ut qui in ea civitate, in qua centum milia ci-
vium & amplius occidisset, & in his duo milia & sexcentos
questris ordinis, senatores xc. quinquem consules, qui mul-
tos insepultos abiecerit, multorum bona publicasset, priva-
tam ausus sit vitam agere, non Imperii potestate filio, ut Pro-
lemæus in Ægypto fecit, Ariobarzanes in Cappadocia, Se-
leucus in Syria, sed is qui ipsius tyrannidem insensè oderant,
cum ulciscendi facultate relicta. Satis constat eum in ordinem
redactum, domumque se recipientem, adolescentis convivio
exceptum, nemine interea reperto, qui illius intemperiam
castigaret. Tulit Sylla patienter ætatis intemperiam. Cate-
rum ubi domum ventum est, sine conjectura, sine divinatione
quadam futurorum, ad eos qui propè aderant, conversus,
dixisse fertur: Intempestivam illam insecutionem in causa fo-
re, ut quicumque post se dignitatem illam invaderet, nun-
quam nisi cum morte deponeret; quod haud multis inde po-
st annis, in C. Jul. Cæsare evenit. *Sab. lib. 3. En. 6.*

PRINCIPATUM.

JOANNES ex Patriciata familia dux III. Venetorum, non
paucis rebus domi forisque præclare gestis, quum diuturniore
morbis laboraret, Perrum Candianum subrogari sibi expetit,
eique insignia propria manu tradidit. Iterum post illius mor-
tem populi precibus adactus, principatu assumpto, non mul-
to post domum privatam revertit, atque ita principatum bis de-
posuit: quod nunquam antea contigerat. *Egnat. lib. 4. cap. 1.
Fulg. lib. 4. c. 1. qui Joannem Patriciatum, cognomine Ba-
duarium vocat.*

SEBASTIANUS CIANUS, Venetorum dux, qui in Cretam insu-
lam patricii sanguinis & plebeiæ familias non paucas tan-
quam in coloniam misit, post duos & viginti annos, florente
Rep. sponte sua principatum se abdicavit. *Egn. lib. 4. c. 1.*
JACOBUS TERPOLIUS, dux Venetorum, recepta Jadera, quæ
jam quantum rebellarat, legibus Venetis in unum corpus re-
ductis, Vatacio Lesbi domino navali prelio victo, Byzantio
ab obidione liberato, vigesimo tandem post anno dignitate
principis sponte se abdicavit. *Egnat. lib. 4. c. 1.*

A suum regem reciperent. Parthi se id posse negabant, quod jam principatum dedissent alteri nomine Cinnario. Cinnamus autem, voluntate procerum cognita, cum esset alumnus Artabani, scribit ei, ut accepta se fide reverteretur: eidemque obviam profectus, adorato & regis appellatione salutato, diadema suo capiti detractum imposuit. *Ioseph. lib. 20. c. 2. Antiq.*

LEO ARMENIUS, Orientalium copiarum dux, dum Michael Imp. cum Crumno Bulgarorum principe configit, & in fugam vertitur, suos a reliqua acie avellit, fugienteque Michaeli, Imperium occupat, & a ducibus coactus, invito similis, diadema sumit. Michael, ut erat pacis studiosus, suorum quendam ad Leonem cum diadema, purpura ac calceis coccineis (qui Imperii insignia erant) misit, Imperio se excedere indicans, quod vel vitam amittere, quam guttulam unam Christiani sanguinis effundere mallet. *Cedren.*

Michaelis Senioris parsimoniam exosi milites cum populo, Imperatorem salutarum Isaacium Comnenum, patriarcha adjuvante ac comprobante: qui cum Comneno plurimum favoreret, Imperatorem senem regia egredi iussit. Cum Imper. pontificibus a patriarcha missis dixisset: Quid mihi pro Imperio redditis? hi vero caeleste regnum illi pollicerentur: illico abjectis Imperii insignibus, regia exit, cum non amplius uno anno imperasset, nec diu post obiit. *Cuspin.*

TRANSFERENDO IN ALIUM.

Hic eius Honoris, quem iam possidet, translationem in alium consideramus: sub his, qui, qui offeratur.

ARISTIDES, cum ipse Militiaeque inter decem Praetores ab Atheniensibus contra Darii exercitum in Marathonie creati essent, & propter ducum multitudinem disciplinam bellicam curare animadverteret (per vices enim ad singulos imperandi manus transibat) ut ei fors imperandi contigit, partes suas in Militiam militaris artis peritissimum transiit, atque exemplo suo aliis, ut idem facerent, auctor fuit. *Plutarch. in Aristide.*

PTOLEMEUS PHILOMETOR infidiis appetitus ab Alexandro Epiphane genero suo, exercitum contra eum duxit, & Antiochiam ingressus, a civibus rex consularatus est, & ab exercitu coactus duo sibi imponere diademata, alterum Asiae, Aegypti vero alterum. Ceterum advocata Antiochenisum concione, persuasit eis, ut Demetrium Nicatorem reciperent, & quoque monstrarent ei fore recte administranda reipub. *Ioseph. lib. 13. c. 8. Antiq. ex Machab. II.*

CONSTANTIUS CHLORUS, cum Galerio Maximianoque Imperator creatus, cum forte ad regendum Italia Africaeque ac Gallia obtigissent: relicti aliis duabus regionibus collegis suis, ipse sola Gallia contentus fuit. *Fulg. lib. 4. cap. 1. ex Europ. p. 1.*

CUR. CAUSA. APOSTOLATUS.

ADELBERTUS Pragensi Episcopatu dimisso, ut Christianum cultum auget, in summa inopia ad Prutenos idololatrias profectus, dum praedicando ad Christifidem eos adducere conatur, ab eis crudeliter in modum occisus est. *Fulg. lib. 4. c. 1.*

PHILOSOPHIAE.

Vide Tit. Contemplationi philosophiae dediti, Item, Philosophia studium.

HUMANITATIS.

SABACTUS Aegyptiorum rex, regno se sponte abdicavit, & in Aethiopia privatus rediit, quod etiam fontes plectere, inhumanum esse putaret. *Diodor. Siculus.*

RELIGIONIS.

Ex Tit. Monachorum, huc quaedam.

DIOCLETIANUS in Christianos religionis odio ita deservit, ut omnes sacramento militari solverit, atque de castris ejici per Veturium magistrum militum iusserit, nisi sacra gentilium suscipissent. Quod cum ille curaret, omnes Christi confessionem humano honori ac commodo ita praetulerunt, ut etiam, si opus fuisset, mortem se non recularios ostenderent. Itaque Veturius eorum multitudine & constantia deteritus, inceptum omisit. *Sign. lib. 1. Imp. occid.*

JUSTITIAE.

PERILANDER Corinthius, initio populariter ac moderate gerebat imperium: postea versis moribus, tyrannice agere cepit. Id simul atque cognovit Pitacus Mytilenaeus, qui voluntate civium suorum jam per decennium imperaverat, diffusus de suis ipsius animi constantia, magistratum deposuit. Percontantibus deinde quibusdam: Qua gratia fugisset imperium?

respondit, *de Χαλκιδίων ἑμῶν, quod admodum esset E arduum, prosum esse, propter mutatum Periantrum. Quibus auditis, Solon illum taxans, addidit suum apophthegma: Χαλκιδά τὰ καλά. Luerit. lib. 10.*

QUI ETIS.

SIMILIS, deposita Palatina praefectura, sub Adriano Caesare, quae dignitas Augustorum magnitudinis proxima erat, in agro privatus per septennium vixit, & tumulo suo inscribi iussit: Hic Similis jacet, cuius aetas multorum fuit annorum, & tamen ex eis septem solum vixit. Annorum enim in ambizioso magistratu multitudinem in mortis forte computavit: solos paucos, quos in privato otio degit, ad vitam referens. *Fulg. lib. 4. c. 1.*

Matthaeum Magnum Vicecomitem aemuli principatu deicere conantes, ut Guelfam factionem introducerent, cum Beltrando Valcone Cardinale, legato pontificio, egerunt, uti eum falso inculpatum haereticos faceret, & eum eo Mediolanenses omnes. Qui interdictum agrum ferentes, de pelendo Matthaeo consilia ceperant. At Galeacius F. Placentia praefectus, senem patrem inimicorum, infidiis eripuit. Sedato tumultu, Matthaeus duorum & septuaginta annorum senex, principatu sponte se abdicans, Galaciaoque militaris imperii vexillum tradens, ad templum maximum deductus (in illam enim haereticos notam ferre non poterat) ad aram advocatis sacerdotibus Christianae fidei symbolum praefata voce recitavit, testantique eum iurando, sibi immeniti voce erigit, indeque Dei maximi ultoris nomen invocavit. *Iov. in eius vita.*

JACOBUS CONTARENUS, dux Venetorum, post quintum principatus annum, quando aetate confectus, publicae curae par esse non poterat, sponte se imperio abdicavit. *Egnat.*

PACIS, CONCORDIAE.

RAPHAEL ADURNUS, Genuensis dux, hortantibus civibus, quibus patria libertas curae esse videbatur, ut principatu cedere vellet (sublato enim factionis metu, concordies fore civium animos) sponte dualem dignitatem deposuit, atque ab universis populo in privatas aedes deductus est. *Fulg. lib. 4. G. cap. 1.*

AMEDEUS SABAUDUS, in Concilio Basiliensi in pontificem electus, & appellatus Felix V. filio Ducatum relinquens, in eremum prius secesserat: idemque postea Nicolao V. papam cessit, ad schisma tollendum legatione apud suos contentus. *Anno 1440. Chron. Franc.*

GLORIAE CONTEMPTUS, SECUNDUM AHPIN, RESPECTU AZELMATOS SIVE Honoris, qui contemnitur.

Mixta luxuria haec videri posset, nisi ita distingueretur, quod scilicet *μικρολογία* honores minores, etsi non offerantur, non magnopere curat (nam & majoribus se dignum esse novit, & in parvis, si vel propter imprudentiam, vel propter contemptum non offerantur, parvam inesse iacturam existimat) *μικρολογία* vero non modo honores minores, sed etiam partes eripi sibi patitur, quod nec his nec illis dignum se arbitretur.

DIVINOS HONORES, SACRA,

TEMPLA, OBLATA, CONTEMNERE.

Lystrensis Lycaoniae, cum claudum a Paulo sanatum confessisset: deos humana specie arbitrari, Paulum quidem propter concionandi vim Mercurium, Barnabam vero Joem appellantes, sacra illis immolare voluerunt. At Apostoli vix eos a proposito abducere potuerunt. *Act. 14.*

ANTONIVS eremita corpus suum clam tumulari voluit, ne quam occasionem posteris in colendo cadavere praeretur. *D. Hier. in vita Hilar. c. 1.*

Cum Thasi Agellus regi, quod iudicarent multa se habere ejus beneficia, delubra & divinos honores decreverint, atque huius rei causa legationem misissent: lectis, quos detulerant ei legati, honoribus, rogavit, an patria eorum facere homines valeret deos. Annuentibus: Agite, inquit, facite primum vos. Quod si feceritis, tum vobis posse & me deum efficere credam. *Plin. in Apoph.*

Atet-

A AUGUSTUS C. Aes. templa quamvis sciret etiam Proconfulibus decerni solere, in nulla tamen provincia, nisi communi suo Romaque nomine recepit: Nam in urbe quidem pertinacissime abstulit hoc honore. *Suet.*

TIBERIUS C. Aes. neque statum sibi erigi, neque templum edificari permisit: edixit itaque, ne civitas ulla, neve privata quicumque id faceret: edicto addidit haec verba, Nisi ego permittam: mox adjecit, Atqui non permittam. *Dion. Nicaeus in Tiberio.*

PONTIFICATUM NEGLIGERE.

JONATHAS ANAN. Pontificatu Hierosolymitano dejectus a L. Vitellio Syriae praefide, cum a rege Agrippa ei dignitas restitueretur, acceptare noluit: & ut in fratrem suum Mathiam, virum sanctiorem, conferret, monuit. Rex ea modesta delectatus, votis ejus annuit. *Iosephus lib. 19. c. 6. Antiq.*

Pelagio mortuo, universis clere populique Gregorium Magnum pontificem creabant: ipse contra omnia malebat quam pontifex creari. Gregorius vii majora erga se vidit hominum studia, quam ut relinquendo par illis esse posset, occulte ad Mauricium Imp. Constantianopolitanum (cujus filium ex sacro fonte susceperat) dedit literas, quibus impensus ab eo precibus petebat, ne quid populo Romano & clero de se gratificaretur: adeo ille ex coelestibus pendens, terrena parvi facere, repudiareque id decus putabat, cuius causa tam ambitiosae caeteri contenderent. Gregorii literas & nuncium Germanus, qui ab Exarcho praefecti nomine fuerat Romanus missus, intercept. Sicque omnium ordinum consensu & favore victus Gregorius pontificatum adit. *Sab. lib. 5. Em. 8. & Platina, & Sigon. lib. 1. reg. Ital.*

Benedictus Nicolaus I. in pontificatu succedens, cum se electum intellegeret, clam ab urbe Roma profugit: magnoque labore a Romanis inventus, majore vi collatum accipere pontificatum ut vellet, cogi vix potuit. *Fulg. & Egnatius lib. 4. cap. 1.*

CLEMENS III. Pontifex electus, mendicantis religiosi habitum induit, Peritium incognitus pervenit. Eo deinceps profecti Cardinales, quem abentem in pontificem elegerant, eum Viterbium honorifice perduxerunt. *Platina.*

MORMO NICOLAO IV. cum jam biennio interregnum continuasset, sacer senatus demum Petrum Moronium omnium suffragis elegit. Cum autem diu laboratum esset, ut is delatum acciperet honorem, spreta omni pompa, quantum fieri poterat, servare eremiticae vite, qui antea deditus fuerat, formam nitebatur: tandem pontificis curas abhorrens, nulla necessitate compellus, quin potius multis contra nitentibus, atque ne id ageret obstentibus, post quintum mensem pontificatum in Cardinalium manu deposuit, eremiticamque vitam resumpsit. *Fulg. lib. 4. c. 1. Marul. lib. 1. c. 6. Volat. lib. 22. & Platina. Vide Tit. Honores contemnere.*

DIGNITATEM QUAMVIS SACRAM,

EPISCOPATUM, SACERDOTIUM,

Cardinalatum negligere.

B. LEONARDUS inter aulicos regis Galliarum aliquando primo loco habitus, cum Dei servitio sese addidisset, Episcopatum sibi a rege oblatum recusavit. Ac ne deinceps hujus rei illustratione aliqua tentari captivus posset, in Aquitaniam discedens, operam praedicationibus dedit. *Marul. lib. 1. c. 6.*

AMBROSIVS Romanus patricius, cum Mediolanensem praefecturam gereret, videretque a populo Mediolanensi ad se deferri Episcopatum, abjectiore vitae genere contentus, sequenti nocte Mediolanum profugit. Caeterum a populo retractus, coactusque Episcopatum assumere, ea integritate virtutisque administravit, ut postea ejus memoria cum sanctissimi hominis Mediolanensis civis semper coluerint. *Fulg. lib. 4. c. 1. & Egnat. lib. 4. c. 1.*

CALLISTUS III. Pontifex in omni vita integerrimus est habitus: sed haec ejus praecipua laus, quod dum Episcopus esset aut Cardinalis, beneficium aliquod in commendatione nunquam voluit, dicens, se una sponsa, & quidem virgine, contentum esse, hoc est, Ecclesia Valentina, ut jus pontificum mandat. *Platina.*

Mediolanensis antistite, an. mccciii. mortuo, ea dignitas ad Bernardum Clarevallens Abbate ad miram sanctitatis ejus opinionem delata est. Eo vero repudiante, Anselmus Peritula suscepit. *Sign. lib. 10. reg. Ital. L. B. Theat. Vita Human. Tom. III.*

ANDREAS Minorum Ordinem professus, ingenti animo E Cardinalatum abnuit, quem ei patrus Alexander IV. offerrebat. *Fulg. lib. 4. c. 1.*

JOANNES AGII Vicecomitis patris a pseudo-pontifice Nicolao V. suffragante Caesare Ludovico Bavaro, in senatu Cardinalis creatus est. Sed vir ille summa gravitatis acie prudentiae, gratias agens, beneficium quidem agnovit, ne spernere videretur: verum usum purpure galericque honore semper abstulit, non obscure in gratiam Joannis XXII. legitimi pontificis, insigni quidem ipsius cum laude commoedoque; nam ei Episcopatum Novariensem postea contulit: Quo permutato demum cum Aycardo Camedico, Mediolanensis Archiepiscopus effectus est. *Jovius in vita Agii.*

JOANNES PICUS MIRANDULAE dominus saepe oblatas & factas & profanas dignitates magno respuit animo, Deo & studiis se addictum respondens. Cum Pandulfus Collenus Pisanus Jurecos. amicorum suorum cum ad Cardinatus dignitatem petendam, vel certe, si offerretur, amplectendam sublimiter hortaretur: Non sunt cogitationes meae cogitationes vestrae, respondit: Bona Ecclesiae pauperum bona sunt. *Joan. Franc. in eius vita.*

Esquillo Lundenisium Archiepiscopo in Dania Alex. III. PP. diploma deponenda dignitatis, & alterum ejusdem, in quem vellet, transferenda obtinuerat. Ergo animi festus, Valdemaro rege Danorum & proceribus convocatis, id munus in Abalonen Roskildensem Episcopum transiit, omnium consensu. Quod tamen Abalon constantissimè renuit; cumque vi ad sacrum sedem traheretur, non nisi provocacione ad Pontificem se ab illorum manibus liberare posuit. Interea tum precibus tum pretio frustra intercedente, Romam missi legati ab utraque parte, ea Romani pontificis industria sunt excepti, ut utrique sibi pro votis consilium gauderent. Nam & Abaloni Lundenisium pontificatum assumere iussit, & Roskildensem administrare permittit. Ita geminum Ecclesiae regimen in ejus jus, ditionemque concessit, alterum praepropto, alterum indulgentia fortissimè. Recusanti paulum ingestum est, insignaque, quod petentibus agrè praestari solet, repugnantius violenter impositum. *Saxo. lib. 14.*

Paulo Jovio, doctrinae ac aetatis honore majora promerito, in petitione Pontificatus patriae suae, Paulus III. PP. quidam praetulit, hominem & tenebris in lucem repente productum. Eae offensus Jovius, ad literarum otium sese contulit. Gratulatur ei And. Aiciatus de libertate serò tandem parta, *epist. quaed. quo Hist. Jovii* proposita est: longè verò magis sibi ipsi, quod ab inveteratis alius sine principe decipi se non sit passus: Quum me, inquit, ut quis, magnis propositis praemiis Ticino, Ferraria, atque Bononia in Urbem accerteret. Tum enim ex Jure meo magis cautus fui, quam tu ex Sapientiae praepropto prudens philosophos. Cur enim pro inani aut incerta spe purpura: hos tantos primi suggestis honores relinquerem, opimis praesertim firmatos stipendiis? Cur has tantas contemnerem circumfusae juvenutis salutationes; & hanc denique tot consultius janam pulsantibus, existimationem magno lucro & non obscuro cum laude quaesitam, inepte stultaque desererem? Haec Aiciatus de se ipso. Sic etiam Ulpianus rhetor fecit: Plus est sopsitam esse, quam praesertim praetorio.

REGNUM, IMPERIUM CONTEMNERE.

Regnum & Tyrannum cumulum quandam sortitorum bonorum, Opum dico, Honorum, Potentiae, Amicitiae, comprehendere videntur. Illorum proinde acceptio vel repudiatio respectu opulentiae ad liberalitatem referri debet. At his eximie honorem praesulgentem consideramus. Vide infra, Gloria contempnus respectu Finis, item respectu Modi: Declinare Deprecatione, Fuga, Morie. Item, Transferre in alium.

GERMANICUS, pater Caligulae, cum a militibus suis Imperator contra Tiberium nominatus esset, post Augusti mortem, pluribus verbis se ipsum excusavit. Quibus cum nihil proficeret, & eos dimoveri sententia nequaquam posse videret, gladium distinxit, tanquam sibi manus inferre vellet. Confectis quin etiam sub Tiberii nomine literis, quibus illis munera & alia quaedam promittebantur, seditionem compescuit. Sic ille Imperium cum occupare posset, alpernatus est. *Sueton.*

GORDIANUS senior Imp. cum eum milites strictis gladiis H h h Augu-

A Angustum salutat, senex fessus à grabato surgens, imperium oblatum detrahit, humi prostratus supplicando; tandem minus compulsus est dignitatem suscipere. *Volat. lib. 23. Anthrop. ex Lampria.*

Quom Henrici IV. Imp. Pontificisque discordiam Germani iniquo animo rolerent, Ladislau Hungariae regem ad capessendum Romanum imperium multis precibus invitavit. Quem quom obstinatissime recusantem invenissent, Rodolphum declaratum Saxonie principem. *Bonfin. lib. 4. Decad. 4.*

Albertus Bavarie dux, cum splendida ad eum legatio, totius Boemiae populorum nomine profecta esset: ostenderetque mortuo ipsorum rege Alberto II. Austria, qui Ladislau infantem filium in curia reliquerat, quia tandem expectare infantis grandiosem aetatem populi nolebant, ipsum omnibus suffragis regem electum esse: ingenti animo renuit: ac multis sancte fuisse de hoc in hac sententiam dictis, populos, ut regem suum parum expectaret, hortatus est. *Fulg. lib. 4. c. 1. & Bonfin. lib. 4. Decad. 3. Ergo Hungari statim accepere parvulum, regemque consalutarunt. Mater eum Frederico Romanorum regi commisit tutandum, Crant. lib. 12. Fund. c. 8.*

Sigsimundus Polonorum rex, à Svecis post ejectionem Christianum regem, & item ab Hungaris atque Boemis post miserabilem Ludovici fratris filii interitum, ut illa regna suscipere, expetitus, utrumque regnum repudiavit. *Crome. 174.*

CONSULATUM NEGLIGERE.

L. Quintus Cincinnamus Cofs. cum honorem ejus P. C. continuare vellent, non solum propter illius egregia opera, sed etiam quod populus eosdem tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum neutrum jure fieri poterat: utrumque disculset, senatus studium simul inhibendo, & tribunus verecundiae suae exemplum sequi cogendo: atque unus causa fuit, ut amplissimus ordo, popululque tutus esset ab injusti facti reprehensione. *Val. lib. 4. c. 1.*

Capta recepta, Cn. Fulvius Romam ad habenda Comitia revertis, juniorum prerogativa T. Manlium Torquatum consilium renuntiavit. Qui quom praesens esset, & multitudinem gratulandam eum circumsteterat: excusata oculorum valetudine, centuriam, quae ruderat suffragium, revocari iussit: pessimum exemplum ac periculosissimum inducturum se testatus, si alienis oculis Remp. tali tempore administrandam suscipere: atque ita hortatus est, ut in alium magis idoneum id munus conferret. Infantibus autem cunctis: Alium, inquit Manlius, quaerite, Quirite, ad quem hunc honorem transferatis. Nam si me gerere cum coegeritis, nec ego mores vestros ferre, nec vos meum imperium perpetui poteritis. Suffragio igitur iterum imo, M. Marcellum & Valerium Levinum consulere est tentiorum sententia, quos super ea re consuluerant, retulerunt. *Sab. lib. 4. Eum. 5.*

INSIGNIA REGNI CONTEMNERE.

Tigranes Armeniae rex, à Lucullo victus, paucis comitatus, continuo acie excessit, filioque lacrymans diadema sibi ademptum impoluit, hortatus, ut divertim iter ingressus, salutem sibi quaereret. Ceterum adolescens vivo patre id insigne non recepit, nec receptum multum profuisset: nam haud multo post ad Lucullum captus perductus est. *Sab. lib. 4. Eum. 6.*

Cn. Pompejus, licet se Imperatorem siverit appellari, nunquam tamen in fascibus insignia laeae coronae detulisse legitur. Quo exemplo arguitur, Imperatorum fascibus laeae apponi consuevisse, quod justum imperium & legitimus triumphus notaretur.

Odoacer Herulorum rex, occiso Oreste, & F. ejus Momylio Imperii dignitate se abdicare coactus, Occidentis dominationem ille quidem invasis: sed honesta majestatis Augustalis verecundia captus, haud quaquam se Imperatorem, sed Regem tantum Italiae nominavit, atque Occidentis imperatorem nomine regio, sed sine purpura cepit. *Sigon. lib. 5. Imp. occid.*

Godofredus Bolionius à Latinis Hierosolymorum rex creatus, diademate coronari noluit in ea urbe, in qua Christus Servatorum pinem coronam gessisset: & quamvis potestatem accepisset, regio tamen nomine in sacra urbe assumit: eaque religio apud animos mortalium sanctior fuit, & supra

regum fastigium gloria evectus. *Emil. lib. 5. Riccius de Re-E. gih. Hierol. & Bonfin. lib. 5. Dec. 2.*

Cum Henrico I. Saxoniae duci, sitaui Contadi I. Caesaris imperium delatum esset: ei, si in Italiam praedecessorum morte venire dignaretur, diadema cum consecratione, Joan. X. Pontifex promisit. Henricus autem satis sibi videri respondit, quod primus ex sua familia ad regni culmen immeritis pervenisset: diadema Imperii, majoribus debuit, se non ambire, Levavere in caelum manus viri prudentes, quod tali modestia principem haberent. *Crantz. lib. 3. Sax. c. 3.*

Rodolfus Imp. coronationem & inaugurationem apud Pontificem Romae suscipere renuit, apologum Aelopi de Leone & vulpe referens:

quia me vestigia terrent

Plurima te adversum spectantia paucis retrosum.

Significans, antecessores suos & majores saepius Italiam ingressos, sed magnis ultro citroque datis & acceptis cladibus difficulter reversos esse. *Herod. in Chron. Germ.*

Orno I. Imp. in Vormaciensi conventu D. Venceslaus Boemorum principi eum habuit honorem, ut postealetur ei petendi concederet, quicquid petendum sibi à Caesare putaret. Existimabat autem Caesar, gloriosi eum & ambitiosa peturum, Aris brachium divi Viti ex Gallia, sub Ludovico Pio Corbejam in Saxoniam translati, magnaque religione in Boemia culti: dein Sigismundi quoque Burgundiae regis, propterea quod Vandalicam nationis fuerit, reliquias sibi dari postulavit. Ad qua postulat Caesar subridens: Feres tu, inquit, primo quoque à reditu nostro in Saxoniam tempore, quas habere cupis reliquias: interim dona Caesare digna à nobis accipe: regium imprimis decus, quo te ex dignitate tua merito decoramus: deinde tributum abolivimus, quod Carolus quondam solvendum Caesaribus instituerat. Jussit postea, & insignia sua Venceslaus ferre, fulcam aquilam in clypeo candido. Facile hoc & illud alterum de tributo amplexus est Venceslaus: sed idem caputulum diademate cingi, leque regem inungi, aut rex à suis appellari, nullo pacto sustulit: quoniam à Caesare, atque ab aliis regibus & principibus, rex in epistolis salutaretur. *Dubravus. lib. 5.*

D. Edwardus Angliae rex, liberis carens, Edwardum nepotem ex fratre Edmundo, ex Hungaria (quod ab Danorum & Anglorum regis Canuti infidus fuerat) evocatum, regio nomine exornare volebat. Ceterum nepos modestia incredibili se nunquam commissurum respondit, ut patris vero regnum acciperet. At non multo post & junior Edwardus defunctus est, & patris haud ita diu supervixit. *H. Boeth. lib. 12.*

VESTITUM HONORIFICUM NON ACCIPERE, NEGLIGERE.

Consule Tit. Vestitus vilis, sub loco Temperantiae & Parsimoniae, illic enim voluptatis corporae, cujus illecebra est vestitus, & sumptus: hic honoris, qui ex vestitu percipitur, habetur ratio.

Cum redisset navis è Delo, & Socrates morte multandus esset, accedens in carcerem Apollodorus Socratis amicus, tulit ei tunicam ex pretiosa lana, pulchrèque textam, simile item pallium: & rogavit, ut indutus tunica, amictuque pallio, sic demum venenum biberet. Dicebat enim, cum magnifice sepultura non expertem fore, si in is mortem obiret: sic enim non prostris indecorè cum ornato mortuum jaciturum. Haec ad Socratem Apollodorus. At ille non passus est, sed dixit ad Critonem, Simmiam, & Phaedonem: Quam verò praclarum opinionem de nobis habet Apollodorus, si speravit, post propinationem ab Atheniensibus factam, & veneni abortionem, se ita viurum esse Socratem: Nam si crederem me paulo post infra pedes prostratum & prostratum iri, certum est, eum me non agniturum esse. *Aelian. lib. 1. de Var. hist.*

Vespasianus, sumpta toga virili, latum clavum, quamquam fratre Sabino adempto, diu avertatus est: nec ut tandem appetere, compelli nisi à matre potuit. Ea demum exutit, magis convicio quam precibus vel auctoritate, dum eum identidem per contumeliam Anteaebulones fratris appellat. *Suet.*

TRIUMPHOS CONTEMNERE.

M. Fabius, is qui collegam in consulatu habuit Cn. Manlium, superatis cuncta pugna Vejentibus atque Hetruscis, cum separat triumphum ei decrevisset: Facile militum e passurum respondit, pro eximia eo in praelio militum opera, triumphare exercitum, si triumphare sine Imperatore exercitus

Aut possit: se verò lauream non accepturum, amisso ea in clade fratre. *Pont. lib. 1. de Magnan. & Alex. lib. 6. c. 6.*

P. Scipio Nastica, Consul, Delminio Dalmatiae urbe capta, Imperatoris nomen à militibus, & a senatu triumphum oblatum recusavit. *Volat. lib. 19. Anthrop.*

C. Nero, Livii Salinatoris in Hadrubale opprimendo particeps gloriae, eum triumphantem equo sequi, quam triumpho, quem ei senatus aequè decreverat, ut maluit: quia res in provincia Salinatoris getta fuerat. Sine curu ergo triumphavit: eo quidem clarius, quod illius victoria tantummodo laudabatur, hujus etiam moderatio. *Val. Max. lib. 4. c. 1.*

Cn. Ful. Flaccus, tam expetendum aliis honorem triumphi, decretam sibi à senatu ob res bene gestas, sprevit ac repudiavit. Nimirum non plura praercepit, quam acciderant. Nam ut urben intravit, continuo quaestione publica affictus, exilio multatus est: ut si quid religionis insolentia commississet, poena expiaret. *Val. lib. 2. c. 3.*

C. Marius, victus ad Aquas-Sextias Teutonibus, cum Cimbrici ad Aethem Catulium Cos. fugassent, revocatus ad urbem Ut venit, cum omnes triumphum arbitrarentur ducum, atque eum senatus volens decrevisset, ipse noluit: vel quod milites & periculorum consortes privare sua gloria nollet, vel quod populum in praesentia confirmaret, tanquam ad fortunam urbis deponeretur prius gesturum decus, quod repositurus in secundis esset illustrius. *Plut. in Mario.*

Tiberius Imp. de Illyris parva victoria, triumphare poluit, confirmata tunc civitate propter Varnanum cladem; cum tamen jure triumphare potuisset. *Alex. ab Alex. lib. 6. c. 6.*

Trajanus Imp. mortuo Nerva, magnis rebus gestis in Germania, cui praerant, floruit: subiugavitque Marcomanis & Jazygum & Pannonia populis, cum ad successorem Imperii Romam rediret, minime triumphans, aut quadrigis, cum ei per senatum liceret, sed tantum equo insedens, in Capitolium invehctus est. *Volat. lib. 23. Anthrop.*

Adrianus ex Syria Romam reversus, triumphum Trajano debitum, sibi què à senatu oblatum, recusavit: quin dedit operam, ut triumphum pompa traderetur, Trajanique imago triumphali curru fit ante oculos civitatis praerecta. *Sab. lib. 4. Eum. 7.*

Severus Imp. posteaquam Pescennium Nigrum apud Cyzicum interemisisset, plerisque populos parim subegisset, partim officio continuisset: triumphum recusavit, eò quod pedum valetudine laboraret. *Volat. lib. 23. Anthrop.*

Franciscus Sfortia, Mediolanensium totiusque penè Lombardiae parto imperio, urbem Mediolanum inivit, paratum cum triumphali honore aurationem renuit, dicens, ejusmodi ornamenta Imperatoribus deberi: Eodem enim factò & victoria illa, quae rara hominibus contigit, hostes, & ingentis animi affectus, qui plerumque victoriarum sunt comites, superavit. Nam rebus feliciter gestis triumphum mereti, haud paucis commune fuit: ceterum honore illo, quem meritus esset, & paratum haberet, praè modestia non uti, fortasse unius ipsius Francisci Sfortiae, aut si plurius, certe pauciorum aliorum fuit. *Fulg. lib. 2. c. 3.*

TROPHAEA NEGLIGERE.

Nicias Atheniensis, Corinthiis praelio victis, cum moris esset, eorum qui vicissent, trophaeum, ubi victoria parta esset, erigere, id decus planè aspernatus est. *Sab. lib. 5. c. 4.*

STATUAS, IMAGINES SPERNERE.

Stasicrates architectus, nihil quod amicum, quod jucundum & blandum foret visum, sed abatur: verum & opus grande instituebat, & argumentum rege non indignum praebere. Ad Alexandrum in superiores provincias profectus, pictas, sculptas, & fictas ejus imagines, ut artificum officia ignoratum & liberalium, carpsit: Ego verò, inquit, in immortalam, rex, & spirantem materiam, aeternisque innoxiam radicibus, ac molli immotae & inconcussa statui corporis tui effigiem imprimere. Thraciae Athos quoque maximus est, & culmen ejus affurgit maxime conspicuum, congruentique latitudine & altitudine est subnixus, membris item praeditus & artubus ad humani corporis modum distinctis, poterit, ubi elaboratus & signatus erit, simulacrum Alexandri & dici, & esse: bassius qui attingant mare, altera manu amplum frequentissimumque oppidum complectatur feratque, dextra amnem perennem, & phiala libet in pelagus effusum. Aurum

L. B. T. heat. vit. Human. Tom. III.

verò, res, ebur, ligna, pigmenta, effigies minutas, quae E parari, furto subtrahi, & constari valent, missa faciamus. Ita fati Alexander spiritus excellos & fidentiam admiratus, laudavit hominem: Verum sine, ut suo loco maneat, inquit, Athos; satis est enim, quod unius sit regis monumentum ludibrium (à Xerxe jam olim perlossus.) Me verò Caucasus ostendet, & Emodi montes, & Tanais, & mare Caspium: haec meorum sunt actuum imagines. *Plut. Orat. de Alex. fort.*

Cum nationes Graecae Asiae status Agestio in celeberrimis urbibus collocare decrevisset, scripsit ad cas: Mea sit nec picta, nec ficta, nec sculpta imago. *Plut. in Apoph. Scribit Xenophon, eum corporis imaginem sibi statui summa vi abnuisse; ceterum animi elaborare monumenta nunquam destitisse, quum ita conciperet, illud statuarium, hoc suum ipsius esse opus: rursusque id esse locupletum, hoc autem bonorum. Cic. in epist. ad Lucejum.*

Idem cum discessisset ex Aegypto, patriam repetens, morbo implicitus in portu qui Menelai dicitur, ac brevi post moriens mandavit, qui aderant, ne quam sciam aut sculptam corporis sui imaginem facerent: Si quod, inquit, praclarum facinus gessi, hoc erit monumentum mei; sin minus, ne omnes quidem statuæ, cum sint vilius ac nullius rei opificum opera, illustrent mei memoriam. *Plut. in Lac.*

Augustus Caesar argenteas statuas olim sibi positas confluxit omnes: ex quibus aureas corinas Apollini Palatino deditavit. *Suet.*

HOSPITIA HONORIFICA REPUDIARE.

Paula, Romana vidua, Hierosolymam veniente, proconsul Palaestinae, qui familiam ejus optime noverat, praemissis apparitoribus, iussit parari praeorium: Illa verò elegit humilem cellulam. *D. Hieron. in ejus Epitaph.*

TITULOS MAGNIFICOS, SUPERBOS NON CURARE.

Cassander cum omnibus libellis & epistolis Rex salutatur, tante moderationis fuit, ut nunquam regium sibi usurpari nomen. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 19.*

Antigonus ille senex, cum Hermodotus quidam in poematibus suis Solis filium Deumque ipsum praedicaret: Nihil, inquit, in me jusce modum agnoscat, qui lasanum meum potat. *Plut. de Iside, & Oriside, & in Apoph.*

P. Scipio capta Carthagine nova, & Afrubalis castris expugnatis, consuetudine sua omnes captivos Hispani generis ad se vocari, & sine pretio dimitti iussit. Adolescentem ex his regii generis, Masinissae nepotem, comiter benigneque accepit ad Masinissam remisit, magnificentissima quoque adjecit dona, ut ostenderet, imperatorem exercitus non minus liberalitate & domesticis virtutibus, quam bellicis artibus ornatum esse oportere, Hispanorum multitudine hanc indulgentiam Romani dncis admirata, contineri non poterat, quin cum honoris & virtutis gratia appelleret Regem. Sed Scipio hanc vocem, Romanis auribus insteterat, subito oppressit. Silentio enim per praeconeum factò, sibi maximum nomen Imperatoris esse dixit, quo se milites sui appellarent: regium nomen alibi magnum, Romae intolerabile esse: regalem animum in se esse, si id in hominis ingenio amplissimum dederent, tacite judicarent, vocem usurpatione abstinere. *L. H. vici, ex Polybii lib. 10.*

Cn. Pompejus, cum post egregias in Africa res gestas, toto conspiciante exercitu Imperatoris nomine honoraretur, honorem renuens, nunquam epistolis aut chirographis hoc nomen usurpare voluit. *Alex. lib. 1. c. 2. & Suet. Tit. Securus hostem opprimere.*

M. Antonius, quom Rhodum insulam vi cepisset, & in ingressu saluaretur rex atque Dns: Nec rex sum, inquit, nec Dns, sed regis ac Domini interfecto. *Plut. in Antonio.*

Q. Turmus, cum Garamantes, ultra Aethiopes, horridos & incultos populos bello vicisset: honoris tamen & gloriae inanis contemptor, Garamantici nomen respuit, cum omnes ferè Romanorum duces à subactis provinciis cognomina sibi sumperunt. *Alex. ab Alex. lib. 1. c. 11.*

Augustus Caesar Domini appellationem ut maledictum & opprobrium semper exhorruit. Cum spectante eo ludos, pronunciatum esset à mimo: O Dominum aequum & bonum: & universi quasi de ipso dictum exultantes comprobarent: statim manu vultuque indecoras adulationes repressit. *Hhh 2 sit*